TITULO PRIMERO.

DE LOS CASAMIENTOS.

Ley primera.

ESTablecemos, è mandamos, que todos los casamientos

& pars dicuntur hæreditatis ejus: *ut c. Clericus*, 12. *q.* 1. quorum portio Deus est, alieni debent esse à suis, & negociationes dimittere, eo quia servire Deo elegerunt: *ut c. cui portio, ead. cau. & q.* delitijs enim uti non debent, quia ignominiosum est eis delitijs affluere, qui Christum debent pauperem prædicare: 35. *dist. Eccles.* quorum auctoritas plus debet in delitijs meritorum vigere quam mensarum: 41. *dist. Episcopus.* Horas statutas diurnas, ac nocturnas distinctis temporibus debent explere: 91. *distin. eleutherius*, nec Psalterium à manu Clerici cadere debet, & nunquam: *de consecra. dist.* 5. In omnibus debent Clerici laicis esse in exemplum: 8. *q.* 1. qualis non enim omnes Clerici sunt Clerici, cum vita non dignitas Clericum faciat: *c. non omnis*, 2. *q.* 7. & si contraria suæ ordini Clericus operatur, mentitur, quia Clericus non est: *c. cavete*, 22. *q.* 5. qui ergo Clericatum desiderat, bonum opus desiderat, cum non teneatur prodesse: *c. qui Episcopatum*, 8. *q.* 1. Graviora enim sunt peccata illorum qui electi sunt in Dei sortem, quam illorum qui sine voto, aut fide mortui sunt, & tamen bona egerunt opera: *c. scimus*, 12. *q.* 1. *not. glos. in cap. qui viderit*, 32. *q.* 5. & vilissimi reputandi sunt eo quia loco præstantiores, non tamen scientia, nec sanctitate: *c. vilissimus*, 1. *q.* 1. 40. *di. c. hon.* quam plurimæ etenim virtutes aliæ in Clericis consistere debent, in quibus proponens, jam dictus se penitus indignum reputavit. Nam oportet quòd Clericus sit castus, non ebrius, prudens, scripturam sciens, orator, hospes, pudicus, ornatus, non inglutiens, sed esuriens, non percussor, mittis, non fœnus exercens, mundus, non criminosus, non venator, pius, non avarus, corde non tantum voce orator, obediens majori suæ domui, bene præpositus, justus, sanctus, benignus, sobrius. Hæc omnia in decretis 31. *dist. usque ad* 88. *di.* Non ergo assumere honorem sibi voluit, quia non vocatus à Domino tanquam Aaron: *ad Hebræ. cap.* 5. *extra de elec. c. qualiter post obitum*, & *cap. in scripturis*, 8. *q.* 1. *C. de Episc. & Cler. l. si quicquam*, potissimè autem in tanti honoris fastigio, honores peti non debent, sed offerri: *ff. de decurio. l. eos*, hoc enim præcavendum est quòd quidam, & si honestè accipiuntur, inhonestè tamen petuntur: *ff. de varijs, & extra ord. cog. l.* 1. §. *proinde*, & *habetur in alleg. c. qualiter*, *de elec.* nec præstantior cæteris, nec doctior, nec sanctior, nec aliqua virtute eminentior se forte reputavit: *cap. licèt ergo* 8. *q.* 1. finalis motus forte fuit, quia quemcumque terrere debet illa determinatio *Henr. in c. fi. de Cler. non resi.* qui tenet quòd Clericus existens in peccato mortali non facit fructus suos, & tenetur ad omnium restitutionem quòd potest per rationem sequentem fundari. Nam oblata Ecclesijs, & Sacerdotibus ob causam videntur oblata, ut pro offerentibus oretur, & inde pauperes alantur. Qui ergo recipit, & hoc non facit infidelis est, & pauperum necator: *ut c. qui oblationis*, 13. *q.* 2. & *c. sequent.* Item, committit furtum, quia subtrahit amico quòd obtulit, non enim obtulit isti sed illi cui debet servitium facere. Committit etiam sacrilegium, quia fraudat Ecclesiam cui deberet prodesse orando: *ut d. c. qui oblationes, & c. gloria Episcop.* 12. *q.* 2. *Undè Gregorius, in gravibus peccatis quis positus dum suis permittitur, aliena non diluit, &c. ut in c. in gravibus*, 3. *q.* 7. Cum verò à peccato nemo mundus, nam res pene contra naturam est: *ut quia si sine peccato*, 25. *di.* §. *nunc autem, not. in c. nisi cum pridem*, *de renun.* Concluditur quòd tale periculum animæ evitare bonum fuit ad matrimonium convolando: *facit ad hoc quòd not. Jo. Cal. in c.* 1. *de celebr. Missa*, & *Archi.* 54. *dist. in princ.* & *Dominic. de Sanct. Gemin. in c. si cano-*

(c) Real Academia de Jurisprudencia y Legislación